

DEO DUC
MEDITATIO S. EVANGELII.

DOMINICÆ I. POST TRINITATIS. Additis S. Patrum dictis, Quæstio.

numq; aliquot decisione, ad uberiorem textus, cùm opus est,
explicationem, & Heterodoxorum refutationem.

Q 4 M

In Regia Aboënsi Academia.

P R E S I D E

DN. Å S C H I L L O P E T R E O
S. S. Theol. Doct. Profess. & Civitatis ejusdem Pastore.

Examini subiicit, in Auditorio Majori, horis solitis

Addiētū 1. Augusti Anni 1651.

GABRIEL LAURENTII Bårg VVermlandus

Gregorius Super illud Math: 8. v. 12.

In inferno erit frigus intolerabile, ignis in extingvibile, vermis immortalis, fæces intollerabilis tenebrae palpabiles, flagella cædentiū, horrida visio demonum conclusio peccatorum, desperatio omnium bonorum, ergo enim misericors mors sine morte, defectus sine defectu, quia mors ibi semper incipit & debet necis.

Bernherdus in dedicatione Ecclesie Serm: 4.

Sic ergo fratres viriliter interim in tabernaculis militemus ut syayiter deinde in strigiles quiescamus: ut novissime in domo gloriemur cum momentaneum hoc & live tribulationis nostra supra modum in sublime æternum pondus gloriae operabis tur in nobis cum in Domino laudabimur tota die in veritate utiq; non in vanis pate.

A B O A

Excedebat Petrus Wald/ actio. Typogr. anno. 1651.

Eamque

Adinodum Reverendo in Christo patri ac præclariss. Viro DN.

D.M.SVENONI B. CAMENIO

Theologo celeberrimo Carlstadensium Superintendenti amplissimo ejusdemq; civitatis Pastori gravissimo studiorum suorum mecenati indesinenter colendo.

U T E T

Reverendus clarissimus prudentiss. attentissimus ac spectatissimus Viris D.

DN.M. LAURENTIO N. ! DN. ENGELBERTO N.

Philippistadio in Kroppa P.
dignissimo parenti suo filiali
obsequij cultu jugiter prosequendo.

Status per magnum Fenniae
ducatum camerario solertissi-
mo patruo suo suspicendo.

DN. THOMÆ THOMÆ DN. M. NICOLAO M.

Generali vestigalium exactorum
pertotam fenniam inspe-
ctori acuratissimo,

Hungvidio Scholæ Carlsta-
densis Rectori meritissimo
quondam præceptoris fideliss.

Suis patribus ac Evergetis promptissimis, omni ob-

servantia devinctissimis.

Ac insuper.

Ornatissimo spectaculo, fidei ac probitalia adolescenti conspicua. D.

DN. DANIELI NICOLAI Cameræ Aboensis scribæ diligissimo consanguineo suo plurimum honorando.

Illi us patrono suo magnis istisi ut patribus ac promotoribus
hunc ut amico.

Reverenter, humilime ac officiose dicat
& inscribit.

GABRIELL. Bårg W: Respondens.

MEDITATIO TEXTUS.

DOMINICÆ I. POST
TRINITATIS.

In Sanctæ & Summæ Laudandæ Trinitatis, Patris, filii,
& Spiritus Sancti Nominis.

Doce nos Domine numerare dies nostros ut applicemus cor ad Sapientiam Psal. 90, v. 12. Quibus verbis i. Moses ostendit mortem quidem certam esse, omnino moriendum, idq; ex ira Dei propter peccatum. Velociter transiunt homines tanquam flumen, tanquam somnus, tanquam herba quæ efflorescens deciditur... Et quamvis aliqui fiant septuagenarij, vel ad Summum Octogenarij, tamen vita illa brevis est & quando optima fuit eruminis & doloribus plena fuit.

2: Summè necessarium esse ut meditemur rectè hanc brevitatem vitæ nostræ & hanc incertitudinem vitæ nostræ, quando moriendum, ne dies ille mortis nobis ingruat inopinato, sed ut benè simus præparati, ad hunc diem, nihilq; accidat insperati sicuti insipientibus. Ita mors fiat nobis lucrum, dum transimus ex valle lachrymarum in sumum Abrahæ, in cælestia tabernacula. Et permagni refert, ne quis imparatus inveniatur cù mors in domum ejus irrepleri, inde enim irreparabile damnum sequitur, vñ. mors æterna, cruciatus æterni & inenarrabiles in flamma infernali punquam extingvenda. unde

taula est liberatio. De hisce plura ex hodierno Evangelio
Audiemus.

O Remus autem Deumius hodiernum, Evangelium ita medi-
tari queamus, ut cedat in nominis divini gloriam, nobis in
augmentum & incrementum doctrine, & bonorum operum,
in spem & fiduciam, & tandem in aeternam beatitudinem.
Dicamus igitur, Pater noster &c.

EVANGEL. LUC: 16. V. 19, ad finem.

Homo quidam erat dives, & inducatur per purpura &
byssum. Et epulabatur quotidie splendide. Et erat
quidem medicus nomine Lazarus, qui jacebat ad janu-
am ejus, ulceribus plenus. Cupiens saturari demicis,
qua cadebant de mensa divitis, sed & canes veniebant,
& lingebant ulcera ejus. Factum est autem ut more-
retur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum A-
brahae. Mortuus est autem dives. Et sepultus est
in inferno. Elevans autem oculos suos, cum esset
in tormentis vidit Abraham a longe & Lazarum in
sinu ejus. Et ipse clamans dixit, pater Abraham,
miserere mei & mitte Lazarum ut intigat extremum
digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam quia
crucior, in hac flama. Et dixit illi Abraham fili re-
cordare quia recipisti bona in vita tua, & Lazarus si-
militer mala: nunc autem hic consolatur, tu vero eris
magnus firmatum est: Ut si qui volunt binc transire

ad

ellus

ad vos, non possint, neq; inde huc transmerare. Et
ait rogo ergo te pater, ut mittas cum in domum patris
mei; habeo enim quinq; fratres: Ut testetur illis, ne
E ipsi veniant, in hunc locum tormentorum.:
Et ait illi Abraham, Habent Moysen & pro-
phetas: audiatis illos. At ille dixit, non pater Abra-
ham: Sed si quis ex mortuis gerit ad eos, penitentiam
agent. Ait autem illi, si Moysen & prophetas non
audiunt, neq; si quis ex mortuis resurgerit, credent.

Refert Christus in recitato Evangelio quendam homi-
nem fuisse divitem, qui voluptuosè vixerit, pauperi-
bus nihil dederit. Is ubi mors advenerat resistere no-
potuit, sed cedere coactus. Hanc mortem securæ est hor-
ribilis mutatio prioris conditionis. Anima enim à Dia
bolis in infernum rapta, atq; ibi in flamma positus dives
valde torquebatur, nec ulla liberatio promittebatur ab Á-
brahão quæ pro liberatiōe oravit. Fit metiops superiscupidā
cujus nōmē indicatur quiq; Lazarus vocatus fuerit, valde
miser, ulceribus plenus. Hic jacuit ad divitis hujus janu-
am, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa
divitis, & nihil ei dabatur. Nullum beneficium ei ex-
hibebatur præterquam quod canes divitis veniebant &
lingebant ulcera ejus. Paulo post mutata est ipsius mi-
seria in summam felicitatem. Cum enim moreretur
portabant Angeli ipsum in sinum Abrahæ. Merito hoc
Evangelium persuadebit nobis ut audiamus Moysen &
Prophetas, dum in hoc mundo vivimus ut distamus De-
um diligere & proximum. Confirmat etiam hic textus
Áfriculum fidei nostræ, credo resurrectionem carnis, &
vitam æternam;

P A R T E S.

1. De Epulonis vita & exitu.

2. De Lazari vita & ipsius exitu.

Atq; haꝝ sunt istꝝ partes, quas hac vice breviter & simpliciter tractare constituimus: Omnipotens & aeternus Deus, Pater noster celestis dilectissimus, nobis omnibus benedictus, cunctaq; utiliter & fructuose cedere faciat.

P A R S P R I M A

In quā meditamur:

I. De nominedivitis silentium.

Huic diviti nullum apponitur nomen, dives vocatur...
Et præterea nihil quod nomen exprimat additur: In sanguinem sine dubio, quod deletum esset nōmē ejus ex catalogo, iustorum & libro vitæ, propter suam impietatem duritiam, & tenacitatem in pauperes, Mosis & prophetarum contemptum, superbiam & vitam dissolutam. ita de impijs scribitur Psalm: 69^o. Quod eorum nomen sit detelendum de libro viventium, & eum justis non scribendum. Ut vero magnum est decus & honor cum justis numerari: Ita magnum dedecus ab eorum catalogo expungi.

L. C. Danda est opera omnibus uthonestem nomen retineamus, præsertim vero ut in cælo scribatnr nomen nostrum. Hoc innuit Christus Luca: 10. v. 20. dicens: in hoc nolite gaudere, quia Spiritus vobis subiiciuntur. Gaudete autem quod nomina nostra scripta sint in cælis^o, Syadet Salomon bonū nōmē comparandum es-
se.

se, cum illud melius sit quam divitiae, quam ungventa
preciosa. Proverb. 22. Horribilis vox est: nomen
eorum putrefactum pro. 10. oblivione. Eccl. 6. delebitur
nomen ejus Sap. 2. Nomen impiorum delebitur Syr.
41. Quod etiam in hujus divitiis impij historia videmus
Quam vero jucunda est vox: oleum effusum nomen tra-
um cant: i. Sicuti hic pij mendici nomen apponitur.
Ideoq; curam habeamus de bono nomine, quod Deo
placeat, quod sit coram ipso tanquam oleum effusum.

H. Hujus Epulonis opulen-

tiam. Expressè indicat Evangelista quod homo fuerit
dives. Homo quidam erat (inquit Christus) dives.
Habuit hic homo partem suam non solum ad necessita-
tem, sed etiam quo ad abundantiam. Abundaverit
vestibus, purpura & Byssus, abundavit etiam vietu. Si-
quidem quotidiae epulabatur splendide. Divitiae equi-
dem dantur in hoc mundo pijs & impijs. De pijs diviti-
bus loquitur Psal. 112: In domo timentis Deum erunt di-
vitiae. Exempla piorum divitium Abrahamus Gen. 24.
Job. 1. Joseph. ex Arimathia: De impijs devitibus lo-
quitur Psalmus 73. 2. & 144. 13: Et de divite & paupere
dicitur prov. 22. 2. Quod utrumq; fecerit Dominus inte-
rim pij ditescunt medijs licet & verbo Dei appro-
badis impij & iam quibuscumq; medijs perfas & nefas.

L. C. Divitiae grato animo accipiendæ à D E O
quando perlicita media offeruntur. Videndum unice
ut illis recte utamur ad Ecclesiæ & reip: Conservationem
ad nostri nostrorumq; sustentationem ad pauperum sub-
leventionem. Videmus in hoc Evangelio, non damnati
hominem divitem propter Divitias; Sed quia divitijs
afficiuntur, non obstat quod ei inveniatur in bona
biopile

non recte usus est tenax erat & inhumanus in pauperes nihil quicquam erogabat in miserum & famelicum Lazarum. Et sine dubio parum vel nihil dabat ministris verbi siquidem mosen & prophetas non magni aestimavit. Abutebatur etiam divitijs suis alijs modis uti statim audiemus ad luxū in vestitu & victu, ventrem suum pro Deo impē coluit utimur divitijs. utiante dictum est ita res & utentes illis possumus illas bona conscientia tenere & possidere.

III. Ejus vestitum splendi-

dum. Vestis erat hujus divitis ex purpura & bysso, ideoq; vestes erant pretiocissimæ prorsus regiæ. Quod v. tam in sublimi statu fuerit constitutus, non legitur, nullius officij mentio fit, sed saltem quod dives fuerit, quod splendide vestitus & splendide vixit in cibo & potu.

L. C. In vestitu honestas amanda, ne sit nimis pretiosus videndum, nec nimis curiosus, mirabiliter fessistratus, fimbriatus, segmentatus, quia talis vestitus levitatem prodit, & superbiam. Quid verò superbis terra & cinis Syrach. 10. 10. in vestitu tuo ne glorieris nunquam in die tuo extollaris Syr. 11. 4.

IV. Ejus viictum delicatum.

Eplabatur quotidie splendide inquit Christus. Panem quotidianum ad necessitatem, & refectionem, & hilaritatem, clementissimus Deus nobis concedit. Nequam verò ei placet ut suis donis ad quotidianas comedationes & compotationes abutamur. Quare graviter invitatur in abutentis sui donis Esaia 5.

L. C. Amanda est sobrietas, temperantia in victu aliquid

aliquid concedendum refectio[n]i virium, post exantatos labores, aliquid tribuendum moderatis convivijs. Verum vinum in quo luxus est fugiendum. Id enim omnes animi potentias contaminat, corpus corruptit, famam & existimationem laedit o[ste]r 4. n.

V. Ejus tenacitatem erga pauperes.

Didicerat equidem ex Mose & prophetis, habendā esse rationem pauperum, ijs beneficiandum, verum hominū omnī, monitorum oblitus, suæ gulæ & ventri dedit, in pauperes nihil erogavit. Adeo ut etiam quo ad humanitatem & condolentiam irrationalē canes eum superarent. Nam cancs veniebant & lingebant ulcera ejus.

L. C. Fugienda sordidissima ista tenacitas. Est parcimonia virtus, quæ erogat facultates quando opus est, Quando naturali obligatione tenemur dare amicis, propinquis & præsertim pauperibus Qui nobis specialiter commendati sunt Math. 25. & passim alibi. 2. cor. 8. 14; Isa: 58: 7. Luc 6. 38 Male cessit Nabali diviti contemnenti davide[m] pauperem 1. Sam. 25. Male cessit huic diviti Lazarum contemnenti. Liberalibus erga pauperia virtus non defuit nec derit. Psal: 112. v. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

VI. Felicitatis Epulonis mutationem.

Mutatio hæc facta primum per mortem temporalem, per quam privabatur dives omni hac munera felicitate. Non enim amplius usus erat divitiarum purpure & byssi, epularū 2. futurus p[er] aeternā damnationē & pro vestitu splendido successit flama infernalis, pro divitiis extrema paupertas & inopia, non guttam aquæ possidebat, sed aliunde petebat, sed non dabatur. pro opulis, tormenta & cruciatus. Pro musica; filij, recordare

qui recipisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala
nunca. huic datur requies, tu vero cruciaris, inter nos &
vos chaos magnum firmatum est. ut hi qui volunt transire
hinc ad vos, non possunt, neque inde **huc transire**.
Habent Mosen & prophetas audiunt illos. Si mosen
& prophetas non audiuit, neque si quis ex mortuis resur-
rexit; Credent, seclusus est miser ab Abrahamo & La-
zaro & omni piorum contortio. videt Abrahamum &
Lazarum, sed longe a se, nec ab illis quicquam auxiliij.
sperari licet Sepultus est sine dubio splendide. Sed quid
profuit splendida sepultura cum anima jactura.

L. C. Horrendum sane exemplum, & quo non
in universa scriptura evidentius est, quo discere possumus
impiorum felicitatem non esse diuturnam, sed bre-
vi tempore durare, fortassis ad mortem & exitum ex hac
vita sicuti de hoc divite lucas referunt. Verum post mor-
tem magna mutatio insequitur ubi omnia in pejus ruunt
opulentia in inopiam & indigentiam vertitur, Sanitas in
aegritudinem, laetitia in dolorem & gaudium in merorem.
Qui sapiens est haec sine dubio ponderat & meditatur.
Impii autem hoc non curant. Quorum vicem nos dole-
re oportet, videatur illorum status Sap: 5. Memores simus
Syracidis admonitionis cap: 7: Quidquid agis, prudenter
agas & respice finem. Et illius Christi: Beati Misericordes Mathe: 5.
Et processus illius Iudicialis Math. 25.
**Nudus eram & operuistis me, esuriviet cibastis me, ve-
niente &c. & e contrario, Nudus eram & non coope-
ristis me, esurivi & non cibastis me, ite in maledictionem
in ignem aeternum.**

SECUNDA PARS.

**In prima parte divitiis opulonis vitam & exitum vi-
dimus**

dimus in hac patre altera Lazari vitam & exitum in
tuebimur,

In qua meditamur :

I. Pauperis nomen expressum.

Lazarus vel Eleazarus fuit nomen ejus, quod idem est ae-
si dicas Deus te. vel quem Deus adjuvat Adjuvet quia ho-
mines pauperes negliguntur divitibus Sicuti dives Epulo-
hunc Lazarū neglexit, Deus tamen non negligit paupere-
pios. Idē nōen īdit Moses suo filio vz. Elires vel utrūq;
idē significat, Ideo a. illū sic vocavit, quod Deus patris sui
adfuerit ei & eripuerit ipsū de manu pharaonis Exod. 2. 22.

L. C. Consolatio est magna omnibus pijs paupe-
ribus: quod Deus fit adivor ipsorum, ab hominibus pro-
abjectis à Deo & rejectis habentur sed Deus ipsos suscipit,
populus Israēliticus, diu in Aegypto ut populus à Deo re-
jectus habitus, & tractatus, est gravissimis oneribus affli-
ctus, verum Deus hunc populum appellat suum populum,
qui ei praecipue curat Exod. verum est illud Christi: fit
§. 5. Beati i pauperes quoniam eorum est regnum cœlo-
rū Math. 5. Sitis ergo bono animo pauperes, ne magni-
estmetis ab hominibus vos contemni. Deus vos suscipit
Deus vester est adiutor. Si Deus pro vobis quis contra
vos? Rom. 8. Vestrum est regnum cœlorum. Beati
estis. Fortunam itaq; quæ in præsentie adversam fortiter
ferte, Deus vobis felicitatem in cœlo reservavit.

II. Lazari conditionem. Pau-

pertate gravatus erat & morbo. Indigentia & pauper-
iatis causæ variæ esse possunt. Quidam sponte pauper

tate nō sibi accersunt, sordide & tenaciter viventes, quād
vis abundant bonis prover: 13.7. Alij pauperes sunt pro-
fusione bonorum. Prover. 23. 19. Syrachi. 18: 25.
Luc: 5. 13. Quidam negligentia & ignavia ac otio pau-
peres sunt. Prov: 10: 4. Quidam in ægestate & indi-
gentia nascuntur, quippe qui ex pauperibus nascuntur
interdum, quorum non exiguis numeris in ecclesijs, unde
de mendici plurimi. Quidam per morbos & corporis
defectus virtutin quærere non possunt, ideoq; in peniu-
riam & indigentiam incident, alimenta mendicando que-
stere coguntur. Talis fuit Lazarus, quippe ulceribus plē-
nus Laborare non potuit, & sic ad mendicandum coactus
Sæpè etiam publicæ clades & calamitates aquarum, inun-
dationes, incendia, hostiū invasiones, homines ad paupertatem
redigunt, persecutioes etiam & proscriptiones in exilium,
faciunt homines in patupertatem incidere. O-
mnibus vero qui vere sunt pauperes, con'olatio est hæc
maxima, quod non sine divina dispensatione pauperes
& indigentes facti sunt. Confidant v. ipsi Deo pie vivant
fortunam suam & quo animo tolerent. Deniq; cala-
mitatem Lazari etiam auxit quod medicorum opera de-
stitueretur. A canib[us] saltari linguntur ulcera ejus.
Jacuit ad portam divitis, micas petiunt, quæ denegabantur,
interim vero canes veniebant & lingeabant ulcera ejus
unde aliquod levamen dolorum sentire potuerunt.

L. C. i. Lazarus est imago Ecclesiæ quæ pre-
mitur morbis inopia & varijs eruminis ac malis. Habet
vero hanc consolationem, non pares esse afflictiones pre-
sentis temporis ad sinum Abrahæ, ad futuram gloriam
& vitam æternam. Nam quicunq; in regno Christi
esse solet, sciat se multa pauperum antequam ad gloriam

pro-

promissam perveniat. Et de utraq; certi summus, & in
gentem regni gloriam certissime esse nobis ab exordio
mundi parataim, & hanc dubie secuturam, & tamen præ
cessuram crucem, ignominiam, ærumpas, contemptum
& omnis generis afflictiones alias sustinendas propter
Christum, sicut hic Lazarus priusquam ab Angelis portatus
in finum Abraham, priusquam Haeres fia vita & gloria,
magñas a ruminas sustinet. Nam hic Lazarus audivit
Mosen & prophetas, & ex ijs didicit, has graves ærum-
nas sibi & omnibus pijs ac toti Ecclesia. Regno Christi,
patienter ferendas esse. Gloriam enim præcedit humi-
milias & necessitas est nos prius cum Christo, in hac vita
pati ut una cum Christo glorificemur, consortes enim
afflictionum Christi erunt & consortes ejusdem gloria.
Hac monet Moses propheta & Apostoli ne per impati-
entiam aut diffidemus, frangantur animis, & desperem-
us de ventura gloria, quæ tanta erit, ut etiam angelii
desiderant eam intuleri.

L. C. 2. Caries lingentes ulceræ Lazari imago
sunt bonorum & piorum hominum quibus pauperes
cūræ sunt Itaq; clementissimus Deus sic agit eū pauperib;
ut nunquam sinat eos ab omnibus contemni, licet à plu-
rimis vili pendatur & contemnatur. Semper Deus
excitat mecenates, Tutores, egenorum & pauperum
præsertim vero persecutionem patientium propter no-
men ejus. Et mirabiliter corvi olim pascebant Eliam &
quidem carnibus. Imo Angelus de cœlo potum eiati-
tulit. Jeremias proph. excitavit Deus fauorem &
promotorem Ebethmelecum. Ietro pauperem Mo-
sen & protugum hospitio suscepit & in generum cum
accipit Exodii.

III. Pietatem ejus. Patet illa in-

de quod felicem ex hac vita exitum sortitus, & post mor-
tem in sinum Abrahæ deportatus⁹. Habuit itaq; verā
Dei agnitionem, fidem in Christum Iesum qui in mun-
dum venit, & quidē pauperpauperes ut nos dixerat 2. cor.
9: 8. In hunc constanter credidit sine quo nulla est salus
Joh. 3: 18. Marc. 16: 19. Heb: II, 6. fuit: sua sorte
contentus & patiens¹⁰.

L. C. Itaq; hoc Lazari exemplum ob oculos pa-
nimus, non in solo pane vivit homo sed ex verbo proce-
dente ex ore Dei Deut: 8: 3. Magnus, querulus pium
esse cum sua sorte contentum i. Tim. 6:6.

IV. Felicem ex vita exitum.

Moritur pauper, respicit Deus ipsius miseriā, & finit
eām¹¹.

L. C. Non itaq; sinit Deus suos perpetuo sub cruce
versari, premi & affligi, dat malorum finem¹². Popu-
lum suum in Ægypto duriter tractare permisit verum
tempus aderat aliquando liberationis & eductionis ex
Ægypto. Fidelis est Deus qui non sinit nos tentari su-
pra Vires, sed facit cum tentatione finem bonum ut
ferre valeamus i. cor: 10. Lazarus hic est, mendicus
& ulceros¹³, in hac vita manet, nec divitijs affluat: Ex hac
vita v. descedens, portatus à Sanctis Angelis in sinum
Abrahæ ut cœlestibus & nunquam interterritis bonis frua-
tur Sicuti etiam i. pet. 1. Scribitur: Laudandus est Deus
& pater Domini nostri Jesu Christi qui juxta copiosam
suam misericordiam, regnuit nos in spem vivam, per
hoc quod resurrexit Jesus Christus ex mortuis in hære-
ditatem

ditate in immortalē & in contaminabilem, atq; immarcessibilem, conservatam in cœlis erga vos, qui virtute Dei custodimini per fidem ad salutem, qnæ in hoc parata est, ut patefiat in tempore supremo, in quo exultatis, nunc ad breve tempus afflicti in varijs experimentis, si opus sit, quo exploratio fidei vestræ multo præciosior auro, quod purum & bene per ignem probatum reperiatur in laudem & gloriam & honorem, tuum cum revelabitur Jesus Christus.

NOstrum est orare, dicendo: Excita & accende Deus omnipotens corda nostra ne Mosen ac prophetas contemneatis in æternos flammæ infernalis cruciatus abiciamus sed eos audientes, mortui à Sanctis Angelis in sinum Abrabæ & in manus pastoris & curatoris animorum nostrarum deportemur, Domini nostri Iesu Christi. Cui laus honor & gloria in semper eterna secula seculorum, Amen.

Benedictio, & Claritas & Sapientia, & Gratiarum actio, & Honos, & Vites, & Fortitudo, DEO nostro, in secula seculorum, Amen. Apoc, 7:12

Q U A E S T I O N E S

Quinam sunt cruciasse inferni?

Sunt animi & corporis / utrumq; enim peccaverat / exquisitissimi doloris orti ex pavore & sensu justissima ira, vindictæq; divinæ contra pec-

peccata quorum tristissimam conscientiam, secum circumferunt: Quorum turpitudo patet: quorum etiam nulla in posterum remissio, & inde penarum nulla mitigatio, aut finis sperari potest. Unde horribili lamentatione & ejulatu, pristinam impietatem suam qua Iussa Domini, qua fraternalis admonitiones, & omnia salutis assequenda media securè neglexerunt, miseri detestabuntur: sed frustra, Nam in perpetuo angore, tremore horribili, in pudore, & confusione & ignominia, in igne inextingibili, in fletu & stridore dentium, in æternis & chorrendis tenebris avulsi à Dei gratia & favore, inter diabulos, horrendum & sine fine in æternum excruciatibuntur.

2. *Quid est vita æterna.*

Beatae illius & æternæ felicitatis qua Deus optimus maximus, credentes in Christum coronatus est, summa quidam Majestas & amplitudo res omnes creatas & quarumcunq; nobis notitia aliqua obtingere potest, tanto intervallo adeo destanter atq; eminenter excedit: ut qualis illa & quanta futura sit gloria nemo mortalis hōo, verbis satis dignis & rerum gravitati comode convenientibus, Exprimere aut delinicare possit.